



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Johannis Strauchi[i] Jcti Amoenitatum Juris Canonici Semestria duo

Johannis Strauchi[i] Jcti Amoenitatum Juris Canonici Semestre alterum -
Cum Indicibus

Strauch, Johann

Jenae, 1674

Cap. VIII. Ad cap. I. de major. & obed.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10241

BENÈ Cl. Salmasius *cap. 1. de primatu Papæ*, Major idem qui *Salmasius* senior. Hesychius: *μεγίστων, γέγων*. Sic in laudatur. familiâ qui servus atatis vel fidei merito cæteris antistabat, *Major idem* ac familiam gubernabat, *Major domus* appellatus. *Donatus in Phormione* de his servis, *Majoribus domus*: Sic *columella Major domus* apud veteres *servi dicti*; *Majores domus*. Inde & *Majores Palatii* mûs. sub primis Gallix regibus, quibus totius regni procuratio & quasi *Majores* villicatio credita. Hinc & *Major monasterii* apud Dionysium *Palatii*. exiguum. *Majores* vocat Tertullianus Ecclesiæ antistites libro *Major* *de Baptismo*. Hanc formam secuti Apostoli plebi Christianæ *monasterii*. moderandæ seniores imposuerunt, quibus ad ministerium adjuncti juniores, *Μένονοι*. Hæc *Salmasius*. A Majoribus istis, gubernatoribus reliquorum eusum est vocabulum *majoritas*, & verbum, *majorari*, quoties quis ad altiorem gradum adscendebat, ut & *minorari*, si quis à bove ad asinos. Ita Archiepiscopus Apamien- *Majoritas*. sis translatus in Tripolitanum Episcopatum, novo promotionis genere, non promotus, sed minoratus dicitur ab Innocentio III. *in epist. 59. & 117. lib. 1.*

C A P. VIII.

Ad cap. 1. de major. & obed.

S U M M A R I A.

- | | |
|---|--|
| 1. Capitulum unde petitum. | 5. Pallio donatur à Gregorio Magno. |
| 2. Suppletur pluribus locis ex registro Gregorii. | |
| 3. Augustinus primus Episcopus Anglorum. | 6. Ecclesia Eboracensis fit Metropolitana. |
| 4. Interrogationes Augustini ad Gregor. Pap. | 7. Data hujus decretalis variat. |

HOC capitulum est Gregorii ex *Epistola 15. lib. 12.* & refertur *Capitulum* latius in conciliis *c. 1. patris 44. sub titulo: De præeminen- unde peti-* tiâ Lund. & Eboracensis & de privilegiis generaliter vel tum. *specialiter indultis, & de eorum abusu & confirmationibus.*

Habetur etiam in historiâ Ecclesiasticâ Bedæ lib. 1. c. 29. Et apud Baronium ad annum Christi 601. n. 23. Initium rescripti hoc est: *Gregorius, Augustino Episcopo Anglorum.* Hic est Augustinus, primus Anglorum Episcopus, quem Gregorius in Angliam, quam primus iste Pontifex ad fidem christianam converterat, misit cum pluribus aliis Monachis, qui gentem hanc converterent. Quod & præstitit feliciter, & de iis, quæ necessaria scitu essent, missis Romam Laurentio Presbytero & Petro monacho, Gregorium interrogavit. Exstant etiamnum hodie interrogationes Augustini hujus, & responsiones Gregorii in operibus Gregorii tam ad decretalem, quæ ita habet: *Cum certum sit pro omnipotente Deo, & cætera, quæ Gregoriani exhibent, quamvis non integra:* Ubi enim illi desinunt, sequuntur hæc: *Et quia nova Anglorum Ecclesia ad omnipotentis Dei gratiam, eodem domino largiente, & te laborante perducta est, usum tibi pallii ad sola missarum solennia agenda concedimus, ita ut per loca singula duodecim Episcopos ordines, quæ tua ditioni subjaceant. Quatenus Landoniensis Episcopus civitatis semper in posterum à synodo propria debeat consecrari, atque honoris pallium ab hac sancta & apostolica, cui auctore Deo deservio, sede percipiat.* Post hæc verba alia sequuntur ad Eboracensem Ecclesiam pertinentia, quam etiam Metropolitanam constituit & alteros XII. Episcopos ei subjicit, eamque negat Landoniensi subjici oportere, post Augustini mortem.

In verbis, quæ Raymundus retinuit, ita habetur apud Gregorium: *Sit verò inter Lundonia & Eboraca civitatis Episcopos in posterum honoris ista distinctio:* Post verba: *fuert ordinatus:* in registro est: *ordinatus. Communi autem consilio & concordia actione, quæcunque erunt pro Christi Zelo agenda, disponat, unanimiter rectè sentiant, & ea, quæ senserint, non sibi met discrepando perficiant.*

In fine addi potest Data, mense Octobri, indictione VII. Pontificatus anno XIV. Apud Bedam aliter habet, nimirum: *Data die decimo Kalend. Juliarum, imperante Domino nostro Mauritio Tiberio piissimo Augusto, anno XIX, post consulatum ejusdem domini anno decimo octavo, in dictione IV.*

CAP.